



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

7. Superiores corporis partes, quibus, & quantis malis affectæ fuerint?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Cap. XXXII. Lydvvina admirada, in morbis, patientie doltrix. 337
vermem illum tortorem euadant, eiusque loco spe diuina, & lætitia animi repleantur. Hinc apostema, hinc humor noxius, hinc tot vermes è putrefacto corpore ebullientes Lydvvinam, in maius bonum, infestarunt.

VII.
P. I. c. 3.

9. Deinde vero etiam dextra scapula eius putruit, ita ut non nisi colligata fascijs, vel mappulis in aliam posset verti partem absque membrorum dissolutione. Itaq; usque ad supremum vitæ diem supina iacuit in lectulo, ut posset etiam commodius intueri calum. Membra omnia, dempro capite & brachio sinistro, tanta erant debilitate deiecta, ut ea mouere non posset. Dextrum brachium eius ignis, quem sacrum vocant, usque ad ossa consumperat, idq; multo tempore, uno tantum neruulo harens, reliquo corpori coharebat. Caput eius dolorum aculei, & malleolis compungebat, frontem fissura longa & lata atque flexuosa deformabat. Mentum quoque ad labrum usque fissum erat, & concreto sanguine tumidum, ita ut non raro libere eloqui non posset. Oculus alter penitus cacatu erat, alter lumen naturale sine effusione sanguinis nocoq; cruciata ferre non potuit. Facies interdum fumabat, dolebant sape dentes per hebdomadas, interdum mensis perpetuos, tan-
ta vi & importunitate, ut ad insaniam propè eam adigerent. Guttur non raro angina aliqua morbi anonymi infestabant, adeò ut nonnum-
quam corpus Christi deglutire vix posset. Tantus manabat sanguis ab ore, naribus, auribus, oculis eius, ut horrorem afferret ad spectantibus,
& prys lacrymarum riuiulos exprimeret. Vomebat sepissime rubram aquans tanta copia, ut plerumque mensa uno vas inde impleri posset,
quod à duobus viris portaretur. Rogata à curiosis, unde tantus in ipso existaret humor, nihil alimonia sumente, respondebat: Et vos mihi dicite, viri sapientes, unde viti tantus liquor, quahicce prorsus ari-
da videtur? Sicq; sapienter indocta doctis faciebat satis; pulmonis quoque & hepatis particulas reiiciebat, ubera eius ineffabilibus puscu-
lis & apostematibus sanie interdum fluentibus torquebantur. Calculo instar columbini onus magno, dirissime affuetabatur, ita ut sapissime &
sensu, & loquela desitueretur. Hunc vero dicebat sibi potissimum
mortem allaturum.

10. In communib^{us} Domini flagellis & castigationibus, quibus interdum Hollandia laborabat, hoc Lyduvinatamquam peculiare munusculum dñi initium obtinebat, ut cuiuscumq^z morbi vel pestis pri- VIII.
Idem p. 1 c. 3.